

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

10. Adolescentem vi è religione rapiens, à Iudice negligente, & injusto non damnatus, ad diuinæ justitiæ sententiam euocatus, risum amarum amarâ morte luit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

tionem non posco, sed te iam, calo teste, ad diuinæ maiestatis tribunal cito, ut illic facti rationem reddas. Percussit hæc citatio animum Proregis vehementer, altamque ei plagam incussum; qui, vt bilem cum verbis exoneraret, dixit: *I, nunc, bipedum nequissime; I, Pegaseo volatu, ad Cerberum: Tuam ego appellationem, nec hili facio; tu ad Phlegethontem abi.* His verbis vtrinque commutatis, Episcopus, cum socio, strangulatus ad cælum, Prorex ad Limirienem vrbum ijt. Nō ita diu post accidit, vt Prorex cum Barone, animi caussa, in campos exspaciaretur. Et peruenit ad eum ipsum locum, in quo duo Martyres laqueo interempti pependerunt. Ibi Baronem compellans: Ecce, ait falsum Prophetam, qui ad Dei iudicium me citauit; cum anima illius iam caleat in flamma, corpus putrescat in furca. Hæc Prorex, inscius, quām tenui filo sua quoque tunc vita penderet. Nam corruptus morbo, qui animam eius, decimo quarto, ab eo, quo ad iudicium vocatus est, die, ad Rhadamantum expulit, verè sensit, ridentes à Deo irrideri, rectiusque se facturum fuisse, si quod Martyri falsò prædixit, fibimet ipsi cecinisset, ac in tempore refi-

S. Gregor. puisset. Sed, vt D. Gregorius ait, *habet hoc prauorum malitia, ut lib. 10. Mo cum vera in se flere mala renuit, singat aliena: Nam, quasi solatio faci- ral. c. 3.*

## X.

Thom. Can. etum & probatae fidei scriptorem, alias; de quo eiusdem temporis tiprat. lib. 2. author ita scribit: *Monasterium S. Iacobi, apud Leodium, notum Apum. c. 35. multis est & acceptum. Istud quidam adolescens consobrinus maioris 9. 2. Praepositi, causa denotionis & religionis, intravit. Quod ut audiuist Praepositus, indignè tulit: mandat Abbati remitti consobrinum, per clericos: renuit ille. Tunc Praepositus, forti manu collecta satellitum, intrat vio- lenter cœnobium, rapit iuuenem & nudatum Sancto habitu, induit seculari. Abbas ergo Monasterij, collectis primoribus ciuitatis, Episcopo queritur, & totum clerum, pro tantis iniurijs, interpellat. Hoc cum in- dignanter vix vellet audire Episcopus, & Abbatem potius duris verbis impeteret: flexis Abbas genibus, cum moderamine verborum, dixit Praeposito: *Judicem contra te, ô Praeposite, in terra habere non possum, & ideo contra te Deum summum iudicem interpello;* ut infra 40. dies uterq; no- strum compareat, cor amillo, sententiam pro meritis acceptans. Ad hoc Presul cachinnans cum suis irrisit hominem atq; sprenuit, & repulit ex- probratum. *Quid plura? 40. die, circa nonam, mortuus est dictus Ab- bas: & cum pro eo solemniter pulsaretur, sedens in balneo Praepositi,* que finit*

quaesuit à circumstantibus, quid hoc esset? Mox quidam ingrediens, & requisitus de sonitu campanarum, respondit, Abbatem S. Iacobi modo esse defunctum, & pro eo pulsationem fieri tam solemnem. Illico recordatus Praepositus, quadragesimam diem esse, qua se citatum, coram summo iudice, audierat ab Abate, consternato animo, dixit suis, citio videte. quid faciam, mortuus ego sum: comparere me hodie summi iudicis conspectibus oportebit. Nec mora, post verba hac, cum balneum egredi festinaret, in astantium manibus, cum diro eiuslatu, & vocibus, expirauit; ibi procul dubio respondere compulsus, ubi causarum strepitus cessant, iurisperitorum aduocatio conticescit; ubi nec preces, nec precium liberaunt, ubi nec interlocutoria iudicis sententiam protelabunt. Clarè hinc perspicitur, et si iudices, in hoc Mundo, officio suo desint, non tamen deesse Deum, qui iudicet; eumque Praepositus, ac Principibus longè esse potentiores.

Socrates sapientiae, apud profanos, simulachrum, teste

XI.

Xenophonte ac Eusebio, hanc pronunciauit sententiam, cognitio- Xenophon.  
nem futurarum rerum, que in potestate Dei sunt, non esse hominibus lib. de dictis  
procurandam: nego enim posse homines eas res cognoscere, nec Deo gra- & factis So-  
tum esse, si que illa occultauit, ea mortales velint nimis studiè curiosèq; cratis. Eu-  
cognoscere. Immo & ipse Christus, cum discipuli eius curiosa in- feb. l. 14. de  
terrogarent, dicentes: Quando hec erunt? ad quæstionem hanc Præpar. c. 4.  
non respondit, statim ad signa aduentus sui transgressus: alia au- Matth. 24. 4.  
tem vice, aperte dixit: Non est vestrum, nosse tempora vel momenta, Act. 1. 7.  
que Pater posuit in sua potestate. Abdita nimurum, & soli Deo refer-  
uata huiusmodi euentorum cognitio est, quæ ex libera vel Dei, vel  
etiam hominum pendent voluntate. Quis nostrum docere audeat, vel S. Augustin.  
se scire presumat, quod Deus ille magister, nec eos discipulos docuit, a qui- epist. 80.  
bus presentibus interrogatus est præsens; nec illi tunc sancti magni, doctores Ecclesiam docere potuerunt? Ita planè est, si de ordinario a-  
gendi modo loquamur. Extra ordinem, si nulli eiusmodi futu-  
ra præsicerunt, quid erit de Prophetis sentiendum? Quemadmo-  
dum igitur Prophetis, ita etiam multis alijs Deus futura quædam  
reuelauit; immo & ipsas mortes, a horam mortis eorum: vt S. Greg. l. 4.  
Cassio Narniensi Episcopo, apud D. Gregorium; Emilianæ ac dialog. c. 36.  
Tharsillæ, & Ruperto, qui id de seipso scriptum reliquit: immo & Ib. cap. 16. &  
ipsis peccatoribus, vt de Prætextato S. Hieronymus narrat. Ta- homil. 38. in  
meti enim, vniuersim loquendo, hominibus utilius sit, nescire cer- Euang. Ru-  
tum mortis diem aut horam, vt semper vigilent ac solliciti sint, de pert. in c. 12.  
Matth. S.

B b b Domi-